

Leben des Abtes Franz Hertenstein von Ettenheim-Münster.

215

ad te Elbringam pervenerint, tibi in virtute s. obedientiae mandamus, ut visis his patentibus te personaliter ad praefatum monasterium denuo conferas et dictum r. p. Franciscum Hertenstein pro abbate et r. p. Conradum pro priore a nobis designatos vice nostra venerabili conventui Ettoniano repraesentes. Actum in monasterio nostro s. Galli, die 18. Junii anno 1653.

Original in dem Ettenheim-Münster'schen Briefbuche Nr. 7 (Copiebuch Nr. 329*).

39. Befehl des Abtes Pius von St. Gallen an p. Conrad Holzappel, d. d. 19. Juni 1653.

Pius, dei et apostolicae sedis gratia abbas monasterii s. Galli etc., religioso nobis in nostro sincere dilecto p. Conrado Holzappel, s. Galli monacho presbytero, salutem in domino et infrascriptorum executionem. — Quoniam rr. pp. administrator et caeteri capitulares monasterii ss. Ettonis et Landelini, ordinis s. Benedicti, dioecesis et congregationis Argentinensis, monasterio suo et regulari disciplinae providere cupientes, supplicibus litteris ad nos directis, non solum abbatem et priorem de conventu nostro sibi submitti postularunt. Nos petitioni illorum pro dei gloria et s. ordinis nostri bono et incremento satisfacere volentes, illis abbatem in aliis nostris litteris iam nominavimus et designavimus, te vero, de cuius virtute et regularis observantiae zelo multum confidemus, priorem in his scriptis nominamus et deputamus, volentes serio et mandantes, ut cum nominato et designato d. abbate ad praefatum monasterium pergas et inibi, quae vi s. nostrae regulae ad eiusmodi priorem spectant, strenue ac sedulo peragas, nec officium istud sine nostro et praedicti d. abbatis praesentis et consensu deseras, constanter et fideliter, quoad aliter nobis visum fuerit, in eo perseveres, recepturus haud dubie a deo tuae obedientiae et laboris mercedem copiosam. Ita rogemus. Actum in monasterio nostro s. Galli, die 19. Junii anno 1653.

Original in dem Ettenheim-Münster'schen Briefbuche Nr. 7 (Copiebuch Nr. 329*).

40. Monita celsissimi principis Pii, ad s. Gallum abbatem, a pia memoriae p. Francisco, abbate divi Ettonis monasterii, commendata:

1. Nunquam [plus¹] loquendum, quam² necessarium, vel quando utilius est, loqui, quam tacuisse.

¹ plus habe ich beigefügt. ² lies nisi, wenn die Conjectur mit plus keinen Anklang findet.

des Abtes Pius von St. Gallen 1654 wurden Abt Franz, Conrad Holzappel und Ambros Regelin zur Wahl eines neuen Abtes nach St. Gallen eingeladen. S. die forma citationis vom 9. December 1654 im Ettenh.-Münst. Briefb. Nr. 7.

2. In publica mensa utilia preferenda¹, vel utilia et necessaria quaerenda.

3. Mansuete, sine risu, humiliter, cum gravitate, pauca et ponderosa loquere!

4. Silendum omne, quodquod vel tantum sapit jactantiam.

5. Nullus despectandus, idque nec aliis permittito.

6. Absque necessitate contra alios non conquerendum.

7. Verbis non altercator et te semper vicisse ostendere noli.

8. Secretum tuum nulli pandito, ne quidem amicis-
simis tuis, quia homo est nunquam sine malo etc.

9. Oblocutionibus aliorum, contumeliis, duris et hispidis dictionibus nullatenus conturbator; tota tua defensio excusatioque sit: „ita, et non“; vel: „parcat mihi deus, si erravi“.

10. Sive in mundialibus² sive in ecclesiasticis agendum sit personis, semper expeditus sis in paucis. Alias deperditur tempus aliasque differuntur negotia, et verba effluunt, quae satius in corde mansissent.

11. Neminem admordeas neque rideas et nusquam in causa sis, alius ut rideatur.

12. Pro certo habe, cuncta dicta tua aliis repandi, quare ne diceris id, quod nolles alios scire.

Auf einem Blatte in der Hs. Nr. 325^b.

41. Schreiben des Generalvicars Georg Alban Meyer an den Abt Franz, d. d. Molsheim, 31. October 1653.

Rev. ac religios. dom., domine honorandissime etc. — Decretum circa decimas Stozhemenses iam pridem, prout dies illi adscripta notat, ad prothocollum nostrum positum et modo, quo nunc comparet, expeditum fuerat. Tardioris ergo transmissionis causa non est nostra cunctatio, sed quia nuntium a manu promptum non habemus, excusante sese domino notario, quem propterea increpavi, quod talem suo labore et sumptu inquirere non teneatur, vel etiam, quia subinde a cura talium per itinera abstrahimur, sicut hoc eodem tempore contigit, quando nuper vix receptis rev. domin. vestrae primis literis, Tabernas ac inde Neovillam abeundum fuit, integro illic octiduo distentis. Deprecatio remittendae taxae confirmationis³, arduum certe negotium

¹ in der Hs. steht: mens. util. praesda. ² mundanibus, Hs., wahrscheinlich sollte es mundialibus heißen, welche Form auch Albertus Magnus gebraucht, 3. B. in der Schrift de adhaerendo deo cap. 8.

* Im Ettenh.-Münst. Briefbuche Nr. 7 steht eine Quittung, d. d. 27. Januar 1654 und der Unterschrift Georg Alban Meyer,